

contumacitates, habitates, & merita eligendorum; cap. Cum terra 13. de electi. ibi: Personam nominant, quod si in persona fuerit peccatum &c. cap. Inter Canonicos 21. eodem tit. ibi: In capitulum se receperunt, de futuri electionis Pontificis tractatum: cap. In casibus 30. eodem tit. ibi: Cum Capitulum ecclesie tractandum de electione Episcopi convenisset, cap. Cum in veteri lege 32. eodem tit. Ubi irritatur electio ob defectum debiti tractatus, ubi Glossa verb. In tractatu, ait: Hoc patet quod tractatus debet haberi ante electionem, & collationem ad invicem, alias quomodo eligerent, nisi primo de aliquo eligendo tractarent? & cap. In Genesi 36. eod. tit. ubi electio declaratur irrita, ex quo tractatus debitus non fuit habitus, ibi: Non tractatum, neque discussum: Ex quibus textibus Donatus loc. cit. quæst. 11. num. 2. Mattheucci loco citato cap. 18. num. 43. & alii deducunt, electionem esse nullam, vel saltem annullandam, si ante eam non habeantur tractatus consultorii, per quos possint vocales dignoscere, quoniam sit dignior, ad cuius electionem sub mortali tenentur, ut fuit dictum sub num. 13. art. antea.

Ante electionem tenentur Vocales Regulares præstare juramentum de eligendo meliorem, seu digniorem secundum veritatem cujusque conscientia: habetur expresse in decretis Clementis VIII. editis pro reformatione Regularium tam Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque Ordinis, & instituti §. 53. ubi: Jurat, ac magis idoneos se electuros; Quæ decreta fuerunt innovata, corroborata, & revalidata ab Urbano VIII. in decretis de Apostatis, & Hæreticis, cum decreto irritante, & cum amplissimis derogatoriis, ut patet in §. 12. in fin. & 13. ibi: Nihilominus si verum, & inane quidquid secus a quocumque actum extiterit, & §. 14. ibi: Non obstantibus constitutionibus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium. Ratione cujus decreti irritantis Tamburinus tom. 1. de Jure Abbat. disputat. 5. quæst. 6. num. 20. Megala in Promptuar. verb. Electio num. 37. & alii dicunt, quod tale Juramentum est de conditionibus essentialibus electionis, & ejus omisso reddit electionem nullam ipso facto.

Quidquid sit de hoc circa electiones, que sunt in aliis ordinibus propter posteriores apostolicas dispositiones, quas forsitan habuerunt, crescit argumentum pro electionibus, que fiunt in ordine Minorum de Observantia, vigore constitutionis Innocentii XI. incipienti. Militantis ecclesie, ubi præcipitur Electoribus sub pena non suffragandi, quod præsent tale juramentum coram Vener. Crucifixi imagine, præsentis Præsidi, ibi: Item ut majori circumspicione electionem Prælatorum fiant, præcipitur Electoribus sub pena non suffragandi, ut antequam ad electionem Ministri, Custodi, Diffinitorum, & Guardianorum procedant, sigillatim Juramentum præsent coram Venerabili Crucifixi imagine, præsentis Præsidi, se cum electuros in quolibet prædictorum officiorum respectu, quem in conscientia, & tenuibus aqua lance libratis, digniorem judicabunt.

Et hoc sub clausula decreti irritantis ibi: Decerneret, easdem præsentem litteras & statuta præinserta, semper, & perpetuo firma, valida, & effectiva existere, & forte, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectant, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari, ac irritum & inane sit secus super his a quocumque auctoritate sciverit, vel ignoraverit cogitaverit attentari. Non estantibus &c. Vide in Chronologia P. Julii de Venetis in septuagesimo quinto Capitulo Generali fol. 142. usque ad 146. Et tale juramentum de eligendo digniorem fuit ipsi iterum novissime præceptum sub clausula decreti irritantis à Benedicto XIII. constituit incipienti. Universalis ecclesie regimini, & Quæ constituitur licet à Clemente XII. constituit. incipienti. Circumspecta, fuerit in aliquibus moderata; tamen quoad obligationem præstandi tale juramentum remanet firma, & valida, imo confirmata, cum dict. Clemente XII. in tali sua constitutione §. Hinc expresse præcipitur exactam observantiam dicti constitutionum Benedicti XIII. ad formam statutorum, seu constitutionum generalium ejusdem Ordinis ibi: Præinsertas Benedicti prædecessoris litteras, ac in eis sancitas,

ordinata, & disposita quocumque ad formam statutorum, seu constitutionum generalium ejusdem Ordinis quoad utramque illius familiam prædictam servari harum serie præcipimus, & mandamus. Unde cum ex statutis conditis in septuagesimo quinto Capitulo Generali, confirmatis expresse ab Innocentio XI. in dict. constituit. incipienti. Militantis ecclesie, præcipitur sub clausula remanere firma, & validum, imo confirmatum per dict. constitutionem Clementis XI. incipienti. Circumspecta.

Quamvis autem in dicta constitutione Innocentii XI. sicuti etiam in dict. constitutione Benedicti XIII. & Clementis XII. sit oppositum decretum irritantis, adhuc tamen Mattheucci loco citato cap. 18. num. 46. & 47. cum aliis defendit, electionis validitati non obsese præcisam, & puram omissionem juramenti: Et ratio est, quia, ut ipse observat ex Fagnano in cap. Cum accessissent 8. de constitutionibus num. 33. advertendum est, an decretum irritans sit adjectum alicui particulari ordinationi, vel prohibitioni, & tunc indistincte importat nullitatem actus in contrarium attentati juxta textum in cap. Quia propter 42. de electi. Et in cap. Si cui 25. eodem in 6. An vero apponatur in clausulis executivis, ut fieri solet ex stylo, & tunc refertur debet ad Judices, ut verba ipsa sonant; apponitur enim ad finem removendi obstacula impediendæ executionem actus, super quo constitutio decrevit; cap. Si eo tempore 45. de electione in 6. & notat Geminian. cons. 143. Ex narratis num. 1. & ex eo tollitur jurisdictione aliter judicandis, ex notatis per Card. in cap. Quia diligentia in 2. quæst. de electione. Seraphin. decis. 251. num. 1. Rota part. 7. rec. decis. 174. num. 13. (Aliquid conducit lex 23. in fin. tit. 5. p. 1.)

Decretum autem irritans in dictis constitutionibus Innocentii XI. Benedicti XIII. & Clementis XII. non primo, sed secundo modo adjectum consideratur; & ad hoc facit decretum Sacre Congregationis Regularium, in qua cum dubitatum fuisset de validitate electionis Provincialis Mediolanensis Ordinis Minorum Conventualium celebrata sine prævio juramento de eligendo digniorem, contra prohibitionem constitutionis Ordinis, & opponeretur, quod esset nulla propter decretum irritans appositum in Bulla confirmationis constitutionum ejusdem Ordinis, & Sacra Congregatio hoc non obstante revolvit pro validitate electionis, cum constitutio illa de juramento præstando non haberet in specie clausulam annullativam actus contrarii; sic refert Fagnanus loco citato num. 32. et notat ibi ad prædicta.

Ante electionem canenda est missa, & facienda est invocatio Spiritus Sancti pro eligendis dignioribus; cap. Cum Terra 14. de electione. ibi: Electores in unum locum, in quo fuerit electio celebranda, conveniant, & invocata Spiritus Sancti gratia, personam nominent; cap. Cum inter 18. eod. tit. ubi: Mandamus, quatenus invocata gratia Spiritus Sancti, personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumat ad regimem Capuana Ecclesie; & sic mandant constitutiones cujusque Ordinis, & Instituti. Talis autem missa de Spiritu Sancto, quamvis alii apud Barbosam in citat. cap. Cum Terra 14. de electi. num. 5. & 6. velint, quod requiratur ad validitatem electionis, tamen revera non est de ejus essentia, & validitate, sed solum de solemnitate, & decencia; nisi existat specialis constitutio cum clausula irritante actum contrarium; arg. cap. Quia propter 42. de electione, ac notat Abbas in cap. Cum ecclesia num. 11. de causa posteriori. Barbosa loco cit. num. 6. Tabiena verb. Electio a. num. 20. in fin. Sigismundus à Bononia de elect. dubio 19. num. 5. Labor varius lucubrari. tit. 4. cap. 19. num. 43. Tamburini de Jure Abbat. tom. 1. disp. 5. quæst. 60. num. 28. Peyring tom. 1. de subdit. quæst. 1. cap. 31. verb. Not. quarto, Donatus loco citato quæst. 18. num. 8. Reiffenstuel loc. cit. num. 59. & alii passim. Nec obstat Concilium Basiliense, in quo sub clausula irritante statutum fuit, ut ante electionem Prælati audiat missa de Spiritu Sancto, & sumatur corpus Domini Nostri Jesu Christi, & præstetur juramentum, & similia; quia Concilium Basiliense fuit reprobatum in Concilio Lateranensi sess. 11. sub Leone X. ubi Concilium Basiliense schismaticum, seditiosum, & nullius prorsus auctoritatis dicitur; Me-

gala 2. quæst. promptuar. verb. Elector. num. 57. & alii. (Concordat cum præcedenti doctrina lex. 17. tit. 5. p. 1. Quod non sit de substantiali solemnitate, ejus gloz. D. Greg. Lopez.)

Electio debet celebrari omnibus Electoribus in unum collegialiter, seu capitulariter congregatis, & non singulariter tantum; quia non sufficit, quod electores dent votum suum singulariter in camera sua, seu alio modo singillarim præsent suum consensum, sed in communi debent convenire, & consentire, & suffragia ferre; cap. Quia propter 42. de electi. ibi: Presentibus omnibus, & concordat cap. In Genesi 35. eod. tit. & Glossa communiter recepta in cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. n. 6. Est enim de substantia, & essentia electionis, ut capitulum congregetur, ut recte docet Fagnanus in cap. Quia propter 42. de electi. num. 37. cum communi aliorum, Capitulares debito & consueto modo vocati, si electioni interesse nolint, adhuc electio remanet canonice sine ipsis; (Vid. præcit. leg. 17. cum l. tit. 16. p. 1.) cap. Cum nobis 19. de electione ubi Capitulares vocati, & electioni interesse nolentes, vel a loco ipsius recedentes, dicuntur se fecisse alienos, & sic ibi notant, & tenent Doctores communiter; concordat cap. Quod sicut 28. eod. tit. ubi expresse statuitur, quod absentia illorum vocalium, qui rite vocati ad electionem celebrandam accedere vel nequiverunt, vel noluerunt, illam minime impedit. Et pro Ordine FF. Minorum habetur expressum decretum, quod si aliquis Diffinitor præsens nolit convenire in Diffinitorio sub aliquo prætextu, non debeat fieri subrogatio, sicuti fir pro Diffinitore legitime impedito, & est ut sequitur.

Electio debet celebrari omnibus Electoribus in unum collegialiter, seu capitulariter congregatis, & non singulariter tantum; quia non sufficit, quod electores dent votum suum singulariter in camera sua, seu alio modo singillarim præsent suum consensum, sed in communi debent convenire, & consentire, & suffragia ferre; cap. Quia propter 42. de electi. ibi: Presentibus omnibus, & concordat cap. In Genesi 35. eod. tit. & Glossa communiter recepta in cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. n. 6. Est enim de substantia, & essentia electionis, ut capitulum congregetur, ut recte docet Fagnanus in cap. Quia propter 42. de electi. num. 37. cum communi aliorum, Capitulares debito & consueto modo vocati, si electioni interesse nolint, adhuc electio remanet canonice sine ipsis; (Vid. præcit. leg. 17. cum l. tit. 16. p. 1.) cap. Cum nobis 19. de electione ubi Capitulares vocati, & electioni interesse nolentes, vel a loco ipsius recedentes, dicuntur se fecisse alienos, & sic ibi notant, & tenent Doctores communiter; concordat cap. Quod sicut 28. eod. tit. ubi expresse statuitur, quod absentia illorum vocalium, qui rite vocati ad electionem celebrandam accedere vel nequiverunt, vel noluerunt, illam minime impedit. Et pro Ordine FF. Minorum habetur expressum decretum, quod si aliquis Diffinitor præsens nolit convenire in Diffinitorio sub aliquo prætextu, non debeat fieri subrogatio, sicuti fir pro Diffinitore legitime impedito, & est ut sequitur.

Immo hoc etiam procedit, quando una cum aliquibus vocalibus, vel solus sine justa causa exiret de loco capituli, vel nollet votare ipsemet Præses, aut nollet ad electionem indictam procedere; quia eo ipso quod capitulum fuerit legitime congregatum pro habenda electione, & illam inchoaverit, fuit jus quæsitum remanens pro ea complenda, & Præses, & alii Capitulares recedendo seu nolendo ad indictam electionem procedere, censentur se fecisse alienos ex cit. cap. Cum nobis 19. de electione & in terminis tenent Rota part. 19. tom. 1. recent. decis. 313. num. 13. Hostiens. in d. cap. Cum nobis à num. 17. Abbas ibid. num. 10. Roman. Concl. 352. num. 15. & 16. Fernosin de electione quæst. 3. num. 19. & pluribus adductis Ursaya tom. 3. part. 1. disceptat. 14. à num. 24 ad 44.

Nec obstat validitati talis electionis defectus Præsidis, quia Præses non pertinet ad substantiam electionis, ut solide probat Fagnanus cum aliis in cap. Quia propter 42. de electione. num. 72. & 73. In dict. enim capite, in quo substantialia electionis perstringuntur, de Præsidi nihil disponitur; sicut nec in decreto Trident. sess. 25. cap. 6. de Regul. nec alicubi, ut dicit Fagnanus l. c. reperitur in Jure, quod ex defectu Præsidis alio electio fuerit cassata, vel reprobat; nec ullus Doctor id exigit ad electionis validitatem; Unde nisi aliud disponant litteræ apostolicæ, vel Ordinis constituta; in tali casu actus capitulares possent dirigi ab antiquiore, vel digniore in defectum ejus, qui juxta legem præses deberet & nollet. Innoc. Joannes, Andreas, Abbas, Felin. & alii in cap. 1. de majorit. & obed. & Fagnanus cum aliis loco cit. num. 75. Mattheuc loco cit. cap. 18. num. 54. & alii, & late Ursaya loco cit.

formantibus, se ipso scribente pro illarum validitate, bis respondisse eadem Sacram Congr. in Papien. Congregationis intermedia, nempe die 21. Januar. 1707. Ponente clar. mem. Card. Gabriello, & die 19. Jul. 1709. Ponente Emin. D. Card. de Abdua.

Si cepto electionis tractatu aliqui vocales egrediantur, & reddere nolint, possunt alii sine ipsis procedere ad electionem, dummodo adhuc major pars capitularium remaneat in capitulo, cap. Cum nobis 19. de electi. & concordat cap. Bonæ memor. 23. eodem tit. cap. Quod sicut 28. eodem tit. & cap. Cum in cunctis 1. de his que fiunt à majori parte capituli, communis Doctorum cum Glossa in cap. Cum inter Canonicos 21. de electi. verb. Capituli; ubi sic expresse dicitur: Licet diversio sit inter Canonicos & quidam agant contra alios; ibi dicitur esse capitulum, ubi est major pars. (Leg. 19. & 20. tit. 5. 10. tit. 14. p. 5.) Et talis electio tenet, quamvis electores recedentes protestationem, & appellationem interponant, quia recedendo faciunt se à capitulo, & jure eligendi alienos; textu expresso in cit. cap. Cum nobis 19. de electi. ubi: Cum post appellationem emissam Archidiaconus cum suis factoribus chorum exisset, & vos illas, ut interest electioni faciendæ vobiscum, curassetis sollicite revocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos se fecisse videntur, propter quod electio à vobis juxta formam mandati Apostolici concorditer celebrata de Jure non posse contradicere videbantur, & sic Rota p. 19. recent. dec. 313. num. 13. Card. de Luca disc. 27. de Canonicit. num. 9. Passerin. cap. 11. de electi. quæst. 11. n. 101. Pirhing. lib. 1. decret. tit. 6. num. 135. & 139. & alii passim: Et sic expresse censuit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. in Ordin. Cisterc. Capituli Generali, 19. Januar. 1720. Ponente Cardinali Spinola, ut refert Ursaya tom. 4. part. 3. discept. 9. Et hoc procedit, quando aliqui vocales remanent quidem in capitulo, sed votare nolint, Glossa in Clement. quod circa 6. de electi. verb. Quo in facto, Card. de Luca disc. 53. de Regul. 8. Fernosin. de potest. Capital. tract. 3. quæst. 5. Barbosa lib. 1. juris eccles. univers. cap. 19. num. 224. Reiffenstuel loco citato num. 201. Rota in Caravangustana electionis 23. Martii 1623. coram Cocino, & dec. 591. num. 2. coram Merlini, & in una Leodiensi dec. 208. num. 4. (Vid. art. 2. sup. ex num. 3.)

Immo hoc etiam procedit, quando una cum aliquibus vocalibus, vel solus sine justa causa exiret de loco capituli, vel nollet votare ipsemet Præses, aut nollet ad electionem indictam procedere; quia eo ipso quod capitulum fuerit legitime congregatum pro habenda electione, & illam inchoaverit, fuit jus quæsitum remanens pro ea complenda, & Præses, & alii Capitulares recedendo seu nolendo ad indictam electionem procedere, censentur se fecisse alienos ex cit. cap. Cum nobis 19. de electione & in terminis tenent Rota part. 19. tom. 1. recent. decis. 313. num. 13. Hostiens. in d. cap. Cum nobis à num. 17. Abbas ibid. num. 10. Roman. Concl. 352. num. 15. & 16. Fernosin de electione quæst. 3. num. 19. & pluribus adductis Ursaya tom. 3. part. 1. disceptat. 14. à num. 24 ad 44.

Nec obstat validitati talis electionis defectus Præsidis, quia Præses non pertinet ad substantiam electionis, ut solide probat Fagnanus cum aliis in cap. Quia propter 42. de electione. num. 72. & 73. In dict. enim capite, in quo substantialia electionis perstringuntur, de Præsidi nihil disponitur; sicut nec in decreto Trident. sess. 25. cap. 6. de Regul. nec alicubi, ut dicit Fagnanus l. c. reperitur in Jure, quod ex defectu Præsidis alio electio fuerit cassata, vel reprobat; nec ullus Doctor id exigit ad electionis validitatem; Unde nisi aliud disponant litteræ apostolicæ, vel Ordinis constituta; in tali casu actus capitulares possent dirigi ab antiquiore, vel digniore in defectum ejus, qui juxta legem præses deberet & nollet. Innoc. Joannes, Andreas, Abbas, Felin. & alii in cap. 1. de majorit. & obed. & Fagnanus cum aliis loco cit. num. 75. Mattheuc loco cit. cap. 18. num. 54. & alii, & late Ursaya loco cit.

Quinimo etiam si omnes Electores de capitulo exeant, si instet terminus ad electionem faciendam à jure præfixus,

xus, & unus solus remaneat, hic satis erit, & servatis ceteris servandis valide poterit eligere; quia iste unus, qui remansit, non debet suo jure privari sine propria culpa; Glossa in cap. Gratium 2. de postulato. Prælator. Donatus tom. 1. prax. rer. Regul. tract. 2. quasi. 10. num. 9. cum aliis ibi citatis, Pirhing lib. 1. decretal. tit. 6. n. 12. Passerin. de electione. cap. 10. quasi. 1. num. 8. cum aliis plurimis ibi citatis, Reiffenstuel l. c. num. 202. arg. cap. Si forte 9. dist. 65. Vide supra art. 2. sub num. 5. Similiter si uno excepto omnes alii de capitulo moriantur, vel delinqunt, ita ut remaneant privati jure eligendi, vel suis obrenuntiant votis, iste unus, qui non oblit, nec delinquit, nec suo renunciat voto, poterit absque dubio extraneum eligere; quia in tali casu, in isto uno solo conservatur jus totius capituli, seu Universitatis. Glossa in cit. cap. Gratium 2. de postulato. Prælator. Glossa in l. Neratius ff. de verb. signific. & l. Sicut ad fin. ff. quod cuiusque universi. nomin. Barbosa lib. 1. Juris ecclesiast. universi. cap. 19. num. 46. & alii supracitati; dicitur autem notanter, quod poterit extraneum eligere, quia non potest eligere seipsum, ex adductis supra art. 2. n. 6. Et à fortiori poterit procedere ad electionem minor pars innocens capitularium, si major pars delinquit, ita ut privata remaneat jure eligendi, vel temere, & sine justa causa recedat; cap. Gratium in 2. de postulato. Præl. c. Cum nobis 19. & cap. Bonæ memoriæ 23. de elect. & docent Doctores committere.

26 Si aliquis vocalium schedulam vacuam miserit in communem votorum urnam, adhuc electio erit valida, quia talis, qui dedit schedulam vacuam, censetur juri suo renunciasse; arg. cap. Cum nobis 19. de elect. & notat Glossa magna in Clement. quod circa 6. de elect. Navarrus cons. 62. de elect. num. 1. Rodericus tom. 2. qq. Regul. quasi. 52. art. 13. Layman in cit. cap. Cum nobis num. 3. & alii passim. Sic si in aperitione scrutinii reperiantur plures schedule, quam sint vocales, adhuc electio erit valida, si dempsit superfluis remanent major pars; Sac. Cong. Episcop. & Regul. 17. Novemb. 1628. & Sac. Cong. Conc. in Aquitanen. 23. Aug. 1692.

28 Electio Superiorum Regularium debet fieri omnino per vota secreta. Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de Regul. ibi: In primis Sancta Synodus districte præcipit, omnes supradictos (scilicet Abbates temporales, aliosque superiores locales, Provinciales, Generales, & Abbatissas) eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Et ita debet fieri per vota secreta, ut non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis. Et ratio est, quia Concilium Tridentinum loc. cit. non solum præcipit electionem Superiorum Regularium esse faciendam per vota secreta, sed etiam omnem electionem aliter factam deinceps nullam, ibi: Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit. Atqui electiones, quæ fiunt per viam compromissi, aut quasi inspirationis possunt, ac solent fieri per voces publicas, non vero per vota secreta, ergo non possunt sic fieri sub pena nullitatis, & sic decisum fuisse à Sacra Congregatione Concilii refert Garzias p. 5. de beneficiis cap. 2. num. 204. & Fagnan. in cap. Quia propter 42. de electione. num. 30. ubi dicitur, quod proposito à Carthusianis dubio: An in electione superiorum possit procedi, nedum per viam scrutinii, sed etiam inspirationis, vel compromissi? Sacra Congregatio Concilii censuit, electionem horum Prælatorum Regularium debere fieri tantum per vota secreta, ut se habent verba propria Concilii dist. cap. 6. Et sic tenet Passerinus cap. 1. de electione. num. 56. & plures alias dicit Sacra Congregationis declarationes, & quamplures Doctores allegans, Barbosa in Concil. Trident. dist. sess. 25. cap. 6. de Regularibus num. 15. cum variis aliis. Non desunt tamen magni nominis Doctores, qui dicunt Concilium Tridentinum habere locum solum in electionibus Regularium per scrutinium, quæ inter ipsos est forma usitatio; Non autem in iis, quæ fiunt per compromissum, aut per quasi inspirationem, quæ possunt, & solent fieri palam per voces publicas; Sic Miranda tom. 2. Manual. Prælator. quasi. 23. art. 3. in fin. Rodericus 1. 2. qq. Regular. q. 92. num. 9. Tamburin. tit. 1. de Jure Abbat. disp. 5. quasi. 5.

num. 9. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 15. Pirhing loc. cit. num. 397. & alii plures.

Electio non desinit esse secreta, propter puram & simplicem ostensionem schedule secreto factam alicui ab aliquo ex Electoribus ad effectum, ut videat, quem ipse eligat; dummodo hujusmodi ostensio, seu manifestatio non sit vera, & nec rationabiliter presumpta causa, cur potius unus, quam alter electus sit, ut esset, si ille, cui facta est talis ostensio, ratione talis ostensionis mutaret suum votum, & faceret inclusivam electionis pro tali sibi ostenso, qui aliis sine suo voto non fuisset electus. Castellin. in tract. de electione. cap. 3. num. 3. Fr. Emmanuel. in Summ. part. 1. cap. 102. num. 4. Navarr. consil. 7. in antiq. alias 4. in nov. de elect. Barbosa in Trident. sess. 25. cap. 6. de Regul. num. 4. & alii passim. Sic non desinit esse secreta electio, si quis Elector, sive per malitiam, sive per errorem, ostenderit alteri votum suum inscio, & non consentiente capitulo, dummodo tamen non causet effectum, de quo num. antecedenti; Rodericus, tom. 2. qq. Regul. qq. 52. art. 9. Navarr. cons. 9. de elect. Barbosa lib. 1. Juris ecclesiast. universi. cap. 19. num. 209. & in Trident. loc. cit. num. 5. Garzias de benef. part. 5. cap. 4. num. 183. Molpès. in summ. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 153. Pirhing loco citato num. 397. Reiffenstuel loc. cit. num. 346. alias enim quilibet Elector posset ex propria malitia omnes electiones irritare expresse aliis ostendendo votum suum, ut electio non subsisteret.

Desinere tamen esse secreta, & sic non subsisteret electio etiamsi unus solus votum suum publicaret, permittente capitulo; quia sic per totum capitulum contraveniret dispositioni concilii præcipitibus sub decreto irritante, quod electiones fiant per vota secreta, & nomina eligentium nunquam publicentur. Garzias lib. 1. Juris eccles. universi. cap. 19. num. 205. Barbosa part. 5. de benef. cap. 4. num. 183. & 184. Reiffenstuel loc. cit. num. 345. Sigismund. à Bononia de electione. dub. 13. numer. 4. & alii cum Rota in una Trevirensi Abbatis S. Maximi 20. Novemb. 1624. coram Coccino Decano. Sic desinere esse secreta, & nulla esset electio, si eligentes uterentur schedula aliquo parenti signo signata, ut innotescat scrutatoribus, vel uni ex illis, quod tales electos elegerint illum nominatum in schedula; ac proinde sic electus factus de hoc certus teneret resignare Prælaturam, sive officium, vel perire à Sanctissimo confirmationem cum dispensatione. Sic decisum fuisse à Sacra Congregatione Concilii. refert Peyrin. tom. 1. de Religio. rub. & Prælator. quasi. 1. de obedient. cap. 21. Castill. tract. de elect. cap. 3. num. 6. Barbosa in summ. Apostol. dec. verb. Electio. num. 19. & in Trident. loc. cit. num. 9. Item desinere esse secreta, & nulla esset electio, si Præses, vel aliter de capitulo alicui, vel aliquibus ex Vocalibus traderet schedulas, in quibus notetur nomen illius, qui eligitur, ex non servata forma præscripta sub decreto irritante à Tridentino in dist. sess. 25. cap. 6. de Regularibus, prout in simili casu censuit Sacra Congregat. Concil. ut refert Fagnan. loc. cit. num. 30. Matheucc. loc. cit. num. 9. Sic à fortiori desinere esse secreta, & nulla esset electio, si aliquis Pater prædominans traderet alicui Vocali schedulam cum nomine eligendi, ostendendam omnibus aliis Vocalibus à suo prædominio dependentibus, ut ex ipsa copia faciant, & sic rescriptam in urnam electionis reponant; Electoribus enim nullo modo licet ante, vel post scrutinium, cui suum votum dederint, publicare. Sic decisum fuisse à Sac. Cong. Concilii. refert Garzias loc. cit. part. 5. cap. 4. num. 197. Barbosa in Summa Apostol. dec. verb. Electio. num. 10. & alii, & clare patet ex ipso Tridentino loc. cit. ubi expresse præcipit sub decreto irritante Prælatos Regulares eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.

Ad electionem etiam Regularium, ut sit canonice, debent vocari omnes, qui de jure, vel de legitima consuetudine jus habent suffragandi; cap. Cum inter universos 18. cap. Coram dilecto 37. & cap. Quia propter 42. de electione, cum similibus, & docent Doctores commu-

muniter. Unde etiam vota infirmorum, qui decumbunt in conventu electionis, & ob eorum infirmitatem nequeunt electioni interesse, debent exquiri. Innocent. in cap. Quia propter 42. de electione. num. 2. Silvester verb. Electio 1. quasi. 5. dist. 1. Angel. eodem verb. Electio numer. 17. Barbosa lib. 1. Juris eccl. universi. cap. 19. n. 108. Pirhing loc. cit. num. 146. Reiffenstuel loc. cit. num. 191. Donat. loc. cit. realis. 1. quest. 17. num. 15. & alii: & ratio est quia vota omnium presentium sunt inquirenda. Infirmi autem, qui decumbunt in eodem conventu electionis, censentur presentes, arg. d. fortiori l. 5. §. 6. ff. de Procuratoribus, ubi sic dicitur: Præses habetur, & qui in hortis est, & qui in foro, & qui in urbe, & qui in continentibus adificiis. Unde in tali casu debent scrutatores, seu disquisitores ad eos ire, & ab illis schedulas in vas, ad id preparatum accipere. Donatus loc. cit. num. 15. testatur sic practicari in sua Illustrissima religione Ordinis Prædicatorum, & de facto sic practica-tur in nostra religione Minorum, & in aliis, & si infirmi nequeant scribere, debent schedulas pro ipsis scribere duo disquisitores, & eas deferre, & patentur ponere in vase reliquarum schedularum. Lantusa verb. Electio 38. 8. & alii. Et ad talem electionem vocandi sunt etiam Religiosi sacris non initiati in illis religionibus, quarum constitutiones ipsis expresse concedunt, ut habeant votum in capitulis; sic teste Pignatello tom. 10. consil. 86. num. 13. declaravit Sacra Congregat. Concilii 22. Maii 1577. his verbis: Quoniam decretum Concilii non comprehendit monasterium regularium, sed ecclesias seculares, de quibus ibi est sermo. In illis tamen religionibus, quarum constitutiones non concedunt ipsis tale votum, Religiosi in sacris nondum constituti non sunt vocandi ad electionem. Pignatellus tom. 1. consil. 224. ubi refert, quod Sac. Congr. Concilii Februario 1659. in una Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicane censuit cap. 4. sess. 22. comprehendere etiam Regulares Mendicantes, qui non sunt in Ordine Subdiaconatus, ut vocem habere non possint in capitulis, & actibus capitularibus, si in constitutionibus ejusdem religionis aliter expresse non caveatur. (Vide in horum comprobationem omnia præcedentibus articulis inserta, cum tit. 7. p. 1. præcipit in leg. 17.)

Regulares tenentur sub mortali eligere digniorem, sicuti teneri omnes alios Electores, jam diximus supra art. 3. num. 13. Et vel maxime quod ipsi ante electionem tenentur prestare juramentum de eligendo talem digniorem ex citatis decretis supra sub num. 6. & tanto magis ad hoc tenentur Minores de Observantia, qui adhuc specialiter obligantur ad præstandum tale juramentum coram Venerabili Christi Imagine, præsentem Præsidente constitutione Innocent. XI. incipient. Militantis ecclesie, & ex constitutione Benedicti XIII. incipient. Universalis ecclesie regimini, confirmata quoad hoc à Clemente XII. constitutione incipient. Circumspecta, ex adductis supra sub num. 7. 8. & 9. Hinc gravissime peccarent, & ad damnâ tenerentur, & indignus electus teneretur renuntiare, si, nedum non eligerent digniorem, id est, qui comparatione aliorum majora merita, majorem sufficientiam, aptitudinemque ad regendum habere dignoscitur, sed potius eligerent indignum, id est, quem sacri canones, constitutiones pontificie, & statuta Ordinis inhabilem declarant, ut notat Sanctior. in compendio verb. Electio num. 15. Statuta autem Ordinis condita in septuagesimo quinto Capitulo Generali celebrato Romæ in Conventu S.M. de Araceli die 23. Maii 1676. & specialiter confirmata ab Innocentio XI, constituit. incipient. Militantis ecclesie, quoad hoc disponunt; ut sequitur: Item statutum, quod nullus eligi possit in Prælatum, qui vitam communem non sequatur; hoc est qui frequenter equitet, seu infirmitatem, quæ ab obligatione præstandi excusetur, habeat, qui camisis, aut lineis utatur, vel apud se, vel in lecto, qui calcæatus incedat, qui jejunia ecclesie, & regulæ non observet, qui aliquando visus sit contrafractare pecunias, nisi jam per triennium saltem emendatus sit, qui notabiliter defectuus sit in assistendo communitatibus chori, refectorii, ac aliis prout sibi in constitutionibus præscribitur. Electio autem illius, qui in omnibus præmissis

est vitam communem non sequatur, irritanda sit à Prælato Generali, capta informatione extrajudiciali pro sua conscientia sine strepitu judicii; cum consilio tantum, & assensu trium Patrum, qui Provinciales, vel ad minus Dis-finitores provincie sint, vel fuerint, super quo eorum conscientias oneramus, ne aut ille expellatur, qui vitam communem sequitur, aut ille confirmetur, qui illam non observat.

Et similiter fere literaliter habetur statutum ab Innocentio XI. constituit. incip. Sollicitudo pastoralis officii §. 8. ibi: Quia vero efficacius prædicta observandi medium est exemplum Prælatorum, sive superiorum, ideo statui-mus pariter neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem observantiam non sequatur; hoc est, qui frequenter equitet; seu infirmitatem, quæ ab obligatione prædicta incedendi excusetur, habeat, qui induit, seu camisis, aut lineis utatur apud se, vel in lecto; qui calcæatus incedat; qui jejunia ecclesie, & regulæ non observet; qui aliquando visus sit contrafractare pecunias, nisi jam per triennium saltem emendatus sit, qui notabiliter defectuus sit in assistendo communitatibus chori, refectorii, & aliis prout sibi in constitutionibus præscribitur. Porro electio illius, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritanda sit à Prælato, sive Superiori Generali, capta informatione extrajudiciali pro sua conscientia sine strepitu judicii, cum consilio tantum, & assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel saltem Difinitores Provincie sint, vel fuerint, ipsorum autem conscientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem sequatur, aut ille confirmetur, qui eam non observet, oneramus.

Et clarius, & strictius solvit dubium ortum super 43 habitate, & inhabilitate ad posse eligi ad Prælaturas Minorum de Observantia Innocent. XII. constitutione incip. Alias à felicis recordationis Innocent. Papa XI. ubi post insertas ejusdem Pontificis literas, statim subiungit: «Cum autem sicut dilectus Filius Bonaventura Pœterius Minister Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli Visitatores ex utraque familia ejusdem Ordinis, tam de Observantia, quam Reformati, dubitum ei proposuerint: An eorum Religiosorum, qui vitam communem in victu, vestitu, chori frequentia, viter pedibus agendo, aliisque similibus à regula præscriptis rigoribus non observant, idque ex infirmitatis, sive alterius impotentiae causa, quæ eos, juxta textum regulæ, & constitutionum dicti Ordinis excusat adeoque à transgressionis culpa eximit; electio in Prælatos, sive Superiores in eodem Ordine valida sit; ea-que si aliis canonice facta reperitur, & illi officiorum eadem quæ fuerint electi, ceteroquin sint capaces, ab ipsius Visitatoribus confirmari possit, & debeat. Ipse vero Bonaventura Minister Generalis tametsi existimet » Religiosos, qui propter infirmitatem, aut aliam quamvis necessitatem, vitam communem, aliaque in præmissis Innocentii Prædecessoris literis præscripta exacte observare nequeunt, ab officiis, & gradibus superioritatis excludi debere, sequè, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem Ordinis supradicti, eos etiam aliis canonice electos, juxta earundem literarum formam excludere posse, illos autem, qui culpa-biliter dictam vitam communem non observant, & ex malitia delinquent, non solum ab officiis, & gradibus excludi, sed etiam poenâ contra transgressores statutis puniri debere: Nihilominus dubium prælatum declarari, ac aliis semper opportune à Nobis provideri plurimum desideret; Nos ejusdem Bonaventurae Ministri Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenâ à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa lata, si quibus quomodolibet innotuit existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Bonaventurae Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & electorum filiorum Romanæ Curie Prælato-

rum super disciplina Regulari specialiter à nobis deputatorum, qui rem mature discussurunt, consilio, Religiosos omnes præfati Ordinis, qui vitam communem observant in præsentis Innocenti prædecessoris litteris præscriptam vere, & cum effectu sequi non solent, etiamsi id ex infirmitate, seu alia quavis necessitate, & absque ipsorum culpa accidat, in Prælatos, seu Superiores ejusdem Ordinis eligi non posse, eorumque electionem, si quando fiat, tamen alias canonica fore, à Prælato, sive Superiore generali dicti Ordinis, servata quoad hoc eorum literarum forma, irritandam esse. Illos vero, qui in prædictis observantiis communibus exercitis, seu in eorum aliquo culpabiliter deficere consueverunt, non modo, ut supra ineligibiles esse, sed insuper pænis constitutionum ipsius Ordinis subiacere auctoritate apostolica tenore presentium declaramus, ac etiam statuimus, ordinamus decernentes ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, si Stokes plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia invariabiliter observari, sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non omnibus & singulis illis, quæ in præsentibus Innocenti prædecessoris litteris concessæ sunt non obstante ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii 1695. Pontificatus nostri anno quarto. *f. Cardinalis Albanus.*

44 Ut electio sit valida requiritur, ut in ipsa concurrat saltem major pars capituli, ita ut si sint 35. Vocales, requiritur, ut electus habeat ad minus vota 18. *cap. Cumana 50. de electione. & cap. Sicut 23. eod. in 6. Major enim pars numero præsumitur sanior, ut habetur expresse ex cap. Ecclesia vestra 57. de electione ibi: Cum ubi major numerus est, zelus melior præsumatur, cum similibus, & tenet communis Doctorum cum Pagnano in cap. Cum in cunctis 1. num. 4. de his quo sunt à majori parte Capituli. Unde jam hodie non inquiritur amplius, an major pars sit etiam sanior. Cum enim ex investigatione quemam esset major, & sanior pars, plura orientur inconvenientia; jure merito hæc nostris temporibus, & maxime stante dispositione citati canonis ecclesia vestra, & Concilii Tridentini sess. 25. de Regularibus. cap. 6. recessit ab aula dictæ inquisitio quemam suffragiorum pars sit sanior, sed solum respicitur, & attenditur major, seu minor ipsorum Capitularium numerus; cum in hunc sensum major pars ipsius Capituli sanior præsumatur, si persona electa non sit indignior. Sic Rota in Nullius, seu Pamplonenis Canonicius de Roncyvaller 12. Marti 1628. eoram Danozzato, Sigismund: à Bononia de electione. dub. 38. num. 8. Lavor. Variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 19. num. 89. Surd. tom. 4. de religion. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 13. Franc. Marc. Delphin. dec. 782. num. 3. lib. 1. Tamburini. de jur. Abb. tom. 1. disp. 5. quest. 6. numer. 21. Barbosa de Canonice cap. 38. num. 8. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 6. n. 150. & alii passim. Vid. verb. Abbatis à n. 43. ad 52. ubi multa ad rem, quæ hic non repetuntur, ne jam scripta rescribantur. Ubi autem vota essent paria, Præses capituli nequit dare votum decisivum, cum nec ius canonicum, nec constitutio particularis, immo nec ullus auctor, quem viderim, illud ipsi concedat; Unde vocalibus in paritate votorum persistentibus transacto tempore ad electionem præfixo, devolvitur electio ad immediatum superiorem, ut ultra jus commune, disponunt fere omnium Regularium constitutiones; loquendo de electionibus à toto capitulo faciendis. Loquendo tamen de electionibus quæ sunt à solo Diffinitorio, Præses in paritate votorum habet votum decisivum à constitutione Urbani VIII. incip. Religiosos viros, & ex constitut. Alexand. VII. incip. Credita Nobis. Deficiente autem Præsidi in paritate votorum*

decisivum in electionibus & negotiis in Diffinitorio peragendis concessit etiam Ministris Provincialibus Sacri Congregat. Episcop. & Regular. 13. Marti. 1653. Dummodo tamen in ipsis electionibus, quæ per ballotationes sunt voto decisivo non utantur nisi per tres voces fuerint æqualia, ut declaravit eadem Sacri Congreg. Episcop. & Regular. 15. Marti. 1663.

Commissarii Provinciales, qui tempore Capituli Generalis relinquuntur ad gubernandas provincias eligendi sunt à Definitorio Provincialibus per ballotationes. Statut. General. Vallisolet. de anno 1670. tit. pro Ultramontan. Famil. num. 6. Ord. Seraphic. tom. 4. & statuta Generalia de anno 1700. Sic etiam per ballotationes, & vota secreta debent fieri omnes & singulæ electiones, quæ sunt in Diffinitorio, tam Proministrorum Provincialium, & Custodum, quam Guardianorum. Compilatio statutor. Sambuc. cap. 8. §. 36. num. 7. & citat. constitut. Urbani VIII. incip. Religiosos viros, ibi: Ut de cetero omnes & singulæ electiones tam Proministrorum, & Custodum, quam Guardianorum dicti Ordinis per suffragia secreta, & ballotationes fiant. Electiones autem quæ sunt in capitulis Generalibus tam Provincialibus, debent fieri non per secretas ballotationes, sed per secretas schedularum suffragia ita obsignata, ut eligentium nomina sint secreta, & occultata, & nunquam publicentur, ac peracto scrutinio schedulæ coram omnibus Vocalibus illico comburantur, ut expresse statuit Sixtus V. constitut. incip. Et communis cura.

Electio ut sit canonica debet esse omnino libera, ita ut aliter facta sit ipso jure nulla: *cap. Cum terra 14. de electione. cap. Ubi periculum 3. de electione. in 6. §. Ceterum, ibi: Ceteris electio dum libertas admittitur eligendi.* Unde nulla est electio sine auctoritate apostolica limitata, & restricta ad aliquos ceteris exclusis, ut habetur ex Sacri Congregat. Concilii responsio ad sequens dubium: *An stante libertate electionis liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus necessario eligatur unus? Sacra Congregatio censuit non licere.* Sic ex illis refert Donatus loc. cit. tract. 1. quest. 19. num. 9. & teste Fagnan. in cap. Cum dilectus 8. de consuetudin. n. 21. eadem Sacra Congregatio consulta à Generali Ordinis. S. Augustini: *An liceat in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium faciendâ, aliquos nominari proponere ex quibus unus canonice per secreta suffragia ad officium eligatur?* Respondit negativè. Et quod Capitulum celebratum cum restrictiva personarum eligendorum, & cum impressione secularis potestatis sit nullum, expresse declaravit Congregatio particularis in Taurinens. Nullitas Capituli 2. Septemb. 1708. de qua Ursaya tom. 1. part. 1. discept. 17. per tot. Hinc in Ordini Minor. de Observant. Generalis, vel Præses Capituli coartans Electores, ne libere agant, privat officio, ex constitutione S. Pii V. incipient. Pastoralis: & constitutio. Francisc. cap. 8. Non est tamen contra libertatem electionis, quod electiones coartentur ad eligendum aliquod genus personarum, verb. grat. Magistrorum, Lectorum, &c. vel talis nationis, & hujusmodi. Patet hoc ex practi multarum religionum, in quibus sunt legitime instituta alternativè, ut electio superioris, aliorumque officialium semel fiat de una, & semel de alia natione, & non nisi de personis habentibus tales qualitates, & valere tales electiones tenet Pagnanus in citato cap. Cum dilectus 8. de consuetudine à num. 25. ad num. 39. Panormitan. communiter receptus in cap. Cum terra 14. de electione. n. 4. Navarr. lib. 1. de const. cont. 5. num. 1. in prima editione. Silvest. verb. Elect. 1. quest. 23. Donat. loc. cit. quest. 10. n. 1. & seq. & communis aliorum (Vid. verb. Alternativa.)

Libertatem electionis tollit, & ipsam irritat subornatio, quæ fit importunis precibus, comminationibus, vituperationibus, donis, promissis, alisque medijs, artibus, & modis illicitis, sufficientibus ad commovendum, seu moraliter cogendum ad dandum suffragium illi determinato, pro quo ceteris aliis exclusis à subornatore talibus illicitis medijs inducitur; si quis enim ad extorquendum suffragium pro se, vel amico, comminetur alicui Electori expulsionem à Provincia, aut à tali sibi grato conventu, aut impedimentum à consecutione just

gradus, vel ad terrorem obijcti falsa crimina, vel etiam vera, sed penitus occulta, vel alias similes vexationes, clarum est ipsum Electorem non libere, sed justo metu motum, tali suffragium suum præbere, adeoque nulliter, cum nulla declaratur electio ex metu, & terrore facta per cap. Ad aures 3. de iis quæ vi metus causa fiunt, sicuti nulla declaratur electio facta importunis precibus, ex cap. Per inquisitionem 26. de electi. Hinc in ordine Minorum de Observantia subornatores pro se, vel pro alio ex constitutione S. Pii V. incipient. Pastoralis Officii, incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ reservatam & privationem vocis activæ & passivæ, ibi: *Qui vero in electionibus ipois, vel ante eas per sex menses pro se, vel alio sobornaverit, excommunicationem sententiam ipso facto incurrat, à qua absolvi non possit, nisi à Pontifice pro tempore existente, ac voce activa, & passiva perpetuo careat.* Quæ tamen excommunicatio modo potest absolvi à Ministro, & Commissario Generalibus ubi agitur de electione Superiorum inferiorum, ut concessit, & moderavit Pianam constitutionem quoad talem reservationem Gregorius XIII. constitutio. incip. Consuevit, & statuta Ordinis de anno 1663. cap. 7. §. 6. num. 43. ita habent; *Subornatores declaramus, qui donis & promissis, comminationibus, & obscurationibus, importunis laudibus, aut vituperationibus falsis alique inducere conantur, ut sibi, vel alteri suffragium in electionibus ferat, quove colligationes, ut inductiones fecerint, non autem illi, qui confereudo, vel consulendo talem dignum, vel indignum ad officium dixerint, ut ad illud eligatur, vel non eligatur.* Et num. 44. *Qui in electionibus, vel ante per sex menses pro se, vel pro alio, per se, vel per alios sobornaverit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat Ministro, aut Commissario Generali reservatam. Si vero Generales ipsi in eadem damnatione fuerint, à solo Summo Pontifice absolvi poterunt iuxta constitutionem Gregorii XIII. & insuper eosdem Subornatores actibus legitimis ipso facto privamus.*

Et generaliter pro omnibus Regularibus illicitis modis pro se, vel pro alii dignitates procurantibus à Clemente VIII. in constitutione incip. Nullus omnino, edita 20. Martii pro Reformatione Regularium tam Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque Ordinis, & Institutum sub §. 35. ita fuit statutum: *Ut omni officiorum ambibus occasio præcludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta voce seu suffragiorum procuratore, tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias penas, & censuras hæbentis contra hujusmodi ambientes infidelias, quas in suo robore permanere volumus in penam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidunt, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur; super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culpæ gravius etiam plebantur. Porro supervacillas omnes penas ad complectes, ac simpliciter recipies, & non evadentes, extendimus. Quæ constitutio fuit innovata jussu Urbani VIII. à Sacra Congregatione Concilii die 21. Septembr. 1624. in decret. de apostatis, & ejedis, incipient. Sacra Congregatio sub §. 1. ibi: *Ac primo in infecta semina, è quibus prævi ejusmodi fructus potissimum procedunt, deinceps ne serantur in vinea Domini, censuit esse innovandas, & Sanctissimi auctoritate innovat constitutiones, & decreta generalia felicis recordationis Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia, districteque præcipi Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exactè observent, atque ut observentur, efficiant, sub penis statutis in iisdem constitutionibus.**

Electio evadit simoniaca, & consequenter nulla, cum prosequenda aliqua prælatura, seu dignitate v. g. Prioratus, Guardianatus, Diffinitorius, Provincialatus, & Generalatus, & hujusmodi datur aliquod temporale manus, vel à manu, vel à lingua, vel ab obsequio; dare enim aliquod temporale pro spirituali est semper simoniacum; *cap. Quam pro 2. caus. 1. quest. 2.*

cap. Non satis 8. & cap. Mandato 46. de simonia, cap. Monachi 2. de statu Monachorum cum similibus; Et talis electio de Jure ecclesiastico est nulla etiam ante Judicis sententiam, cap. Ea quæ ad Sanctissim. 6. caus. 1. quest. 3. ibi: *Quilquid ergo in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebis vel data, vel promissa pecunia acquiritur est, nos irritum esse, & nullas unquam vires habere consensu;* cap. Cum Clerici 6. de pactis, ibi: *Appellatione cessante, eos aliter adeptis ecclesiis spoliatis, cap. Mattheus 23. cap. Sicut tuus 33. de simonia, ubi habetur; obtinentem bona fide per simoniam ab alio commissam, teneri beneficium deponere; ergo Pontifex ibi supponit adeptionem beneficij invalidam esse; secus renuntiationem debere fieri non præcipere. Et in extravaganti. Cum detestabile 2. de simonia inter communes, à quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum quicumque nullatenus acquiritur, nec inde faciat aliquis fructuosus, sed ad illorum omnium, quæ præcepit, restitutionem sub animæ periculo sit adstrictum, & statuentes præterea, quod universi & singuli etiam præmissis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commissarint, aut quibet illa fiat, mediatores extierint, seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrunt, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possit absolvi, præterquam in mortis articulo constituit.*

Talis electio est nulla, etiamsi simonia sit occulta, *61* *cap. Extravagant. ibi: Et eorum quemlibet tam manifestum, quam occultum, & cap. Mattheus 23. & cap. Nobis 27. de simonia.* Immo est nulla electio, etiamsi electus penitus ignoret, simoniam commissam ab aliis in procurandis votis ad sui electionem: nisi in hujus præjudicium fraudulenter fiat ab aliquo inimico, textu expresso in *cap. Nobis 25. de simonia, ubi ad propositum casum; Quod cum quatuor essent à Capitulo constituti, qui debebant quemdam eligere in plebanum, amici ejus, de cujus electione spes habebatur, unum vel omnibus eligentium promiserunt, pecuniam esse soluturos, eo tamen ignorante, qui hujusmodi promissione interveniente, postmodum est electus, &c. nla respondit Pontifex: Quod nisi constaret, illos qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium illius, qui eligendus erat, id malitiose fecisse, quamvis ipse promissionis conscius non fuerit, ejus tamen electio tamquam simoniaca pravitate præsumpta est penitus reprobanda. Licet enim Electus non peccaverit, electio tamen est vitiosa propter eligentes, quia peccant Electores in forma, licet electus non sit in culpa, uti recte advertit Glossa *ibid. verb. Reprobanda, arg. cap. Cumana 50. & cap. Ecclesia vestra 57. de electione.* Hinc simoniace Electus tenetur in conscientia sub peccato mortali renuntiare Prioratus, Reftoratus, Guardianatus, Diffinitoriatus, Provincialatus, Generalatus, & hujusmodi; nec absolvi potest priusquam renuntiet; & hoc etiamsi simonia sit occulta, sive commissa sit ab eodem, qui dignitatem obtinuit, sive ab aliis, ipso quoque nesciente, *cap. Quicumque 1. caus. 1. quest. 5. ibi: Quicumque sane cupiditate parentum, cum adhuc parvuli essent, ecclesias, vel ecclesiarum partes pro pecunia adepti sunt, postquam eas omnino dimiserunt, &c. cap. Eos 2. eadem caus. & quest. ibi: Ex hac itaque auctoritate colligitur, quod ignorantia tales excusât à reatu criminis, ut supra dictum est, non à fructu emptionis, cum in ecclesiis, quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquam eas omnino dimiserint, & ex misericordia Ibidem esse esse conceditur. In quo patet, quod etsi illis ignorantiibus simoniæ peccatum sit admissum, fructum tamen paternæ emptionis reportare non possunt; cap. Sicut tuus 33. de simonia; Secundum canonum statuta etiam parvuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere tenentur. & concordat cap. Mattheus 23. cap. Nobis 27. de electi, c.**

tot. Extravag. Cum detestabile a. de simonia inter commu-
nes, cap. Si alicujus 59. de elect. cum similibus; Dona-
tus loc. cit. tract. 1. quest. 20. num. 4. Reiffenstuel lib. de
eret. tit. 3. num. 174. Et ipso teste, unanimis, ac certa
aliorum ob claram dispositionem canonum adductorum.
64. Simoniaca, & nulla est electio, in qua electores ita
paciscuntur: si tu eligis me in Provinciale, ego te eli-
gam in Definitorum, in Guardianum, & hujusmodi si
tu dederis mihi, vel meo amico tuum votum, ego da-
bo tibi meum, vel amico tuo; Si tu in hac electione suf-
fragatus fueris pro meis dependentibus, ego in alia suf-
fragatus feram pro tuis. Omnes enim istæ, & similes pacio-
nes semper continent labem simoniacam, cum jus spi-
rituale detur cum onere, ut aliquid fiat quasi pro pre-
tiorum rei spiritualis, vel causa mediata illam habendi; cap.
Quam pio 2. caus. r. quest. 2. ibi: Dum tamen omnis abrit
pactio, & omni cesset conventio; cap. Plerique 7. de pac-
tis, ibi: Pactum hujusmodi penitus reprobandum; cap. Pacio-
nes 8. eodem tit. ibi: Pactio facta de vobis (ut audi-
vimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in
hujusmodi omni pacto, omnique conventio debeat omnino
cessare, nullius penitus tunc momenti; cap. Quasitum 5.
de rerum permutatione; de iure fieri non possunt, præser-
tim cum pacto premissa, que circa spiritualia, vel con-
nexa spiritualibus labem semper continent simonia, & con-
cordat cap. Præterea 9. de transact. cap. de hoc 11. & cap.
Tua nos 34. de simonia, cum similibus. Et sic communis
Doctorem cum D. Thoma quodlibet. 8. art. 11. Cajetan.
in summ. verb. Simonia §. circa tertium, Silvestro verb.
eod. quest. 13. dict. 4. Navarr. in summa cap. 23. num. 110.
Reginald. in praxi lib. 4. num. 244. Donat. loc. cit. tract. 1.
quest. 22. num. 1. & alii passim. Hinc caveant Factio-
narii, & Præpotentiarii, ne per suas illicitas colligatio-
nes, & iniquas paciones, plures solemnizent nullita-
tes, quam celebrant electiones, & in laqueos æternæ
perditionis se, suosque sic colligatos misere injiciant.
Alia ad rem, vide verb. Simonia.
65. Electio celebrari debet in loco publico, & solito ut
in ecclesia, choro, sacristia, vel capitulo, seu hujusmo-
di; dummodo non sit locus clandestinus; leg. observare,
C. de decurionibus, lib. 10. cap. In causis 30. de elect. ibi:
Mandantes eis, ut redderent ad capitulum, & pariter cum
66. aliis fratribus de electione tractarent. In casu autem
necessitatis celebrari potest extra ecclesiam, seu monaste-
rium, & extra locum solito; cap. In nomine Domini r.
distinct. 23. circa med. ibi: Quod si pravorum, at-
que iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut
pura, sincera, atque gratuita fieri in Urbe non possit
electio, Cardinales Episcopi cum Religiosis Clericis, Ca-
tholicisque Laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant
eligere Apostolicæ Sedis Pontificem, ubi congruere vi-
67. derint. Immo in casu necessitatis potest electio celebra-
ri etiam in loco interdicho, quia per interdicho solum
suspenduntur divina & ecclesiastica sacramenta;
cap. fin. de sentent. excommunic. in 6. Electio autem non
est sacramentum, nec est de illis divinis; Tum quia ita
colligitur ex cap. Ad hæc 1. de postul. Prælat. ubi in
68. fine. Pontifex concedit, & admittit postulationem, &
electionem posse fieri in loco interdicho. Extra tamen
casum necessitatis male facerent Electores eligendo in
loco interdicho, Silvester verb. Electio 1. quest. 8. num. 9.
Miranda tom. 2. Manual. Prælator. quest. 23. art. 9. Do-
nat. loc. cit. tract. 2. quest. 2. num. 2. Electio vero adhuc
esset valida; Perez leg. 2. verb. Quærit etiam posset tit. 6.
69. lib. 1. ordin. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 14. quest. 17.
Lavor. varior. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 18. num. 6. Bar-
bosæ lib. 1. Jur. ecclesiast. univers. cap. 19. num. 177. Sic
etiam valida esset electio, quamvis non esset facta in lo-
co consueto, dummodo reliqua omnia fuerint servata.
Locus enim non est de substantia electionis, nec usquam
70. repetitur jus prodium, quod propter locum electio de-

¶ Dum Ecclesia es viduata, quid priscis temporibus, & hodie, omnibus Hispanie ditionibus observetur, late pertingitur (1).

(1) Vide verb. Abbas, & verb. Beneficium.

vincialis devolvitur ad Generalem Clement. IV. constit.
incip. Virtute conspicuus; si sit Generalis devolvitur ad
Papam. Constit. Ordin. statui 8. cap. 9. in textu, & in hoc
fere omnes Religiones concordant; sed qualibet stet suis
specialibus constitutionibus à Sede Apostolica approbata.
78. Electio celebrata post elapsam tempus à Jure com-
muni, vel speciali præfixum, est nulla; cap. Ne pro de-
fectu 41. de elect. cap. Licet 3. de suppl. neglig. Prælat.
79. Electio regulariter loquendo non est facienda de
nocte; Navarr. consil. 3. de elect. in prima edition. alias
consil. 8. Rodriguez tom. 2. quest. 5. art. 15. Mirand. t. 2.
Manual. Prælator. quest. 23. art. 2. conclus. 1. Sayrus in flo-
rib. decis. de election. decis. 2. Molfesius in summa Moralium
Theolog. tract. de benefic. cap. 16. num. 129. Castellin. de
election. in addit. ad cap. 6. pag. 498. Portell. in dub. Reg.
gul. verb. Electio num. 6. Donat. loc. cit. tract. 1. quest. 7.
num. 2. Barbosa lib. 1. Juris eccles. univers. cap. 19. n. 170.
& alii passim. Dicitur regulariter loquendo, quia ob gra-
vem & urgentem causam potest electio licite, ac vali-
de celebrari de nocte, dummodo tamen adsint ad minus
tria luminaria, ad evitandos dolos, & errores, qui in
dandis suffragiis, & conscribendis schedulis possent ori-
ri. Rodriguez tom. 2. quest. regular. quest. 5. art. 5. Por-
tell. in dub. regul. verb. Electio n. 5. Mirand. loc. cit. conclus. 1.
Barb. loc. cit. n. 170. Don. loc. cit. n. 4. & alii. Causa au-
81. tem gravis, & urgens pro celebranda electione de nocte,
esset si in tota die non potuerint Electores concordari, &
sequenti die periret facultas eligendi; vel si immineret
periculum, ut Congregatio dissolveretur; vel si time-
rentur obventura magnatū literæ, quæ possent Elec-
torum libertati præjudicare, & hujusmodi; Samuel.
tract. 1. disp. 1. controver. 19. de elect. Donat. loc. cit. num. 5.
82. Barbosa loc. cit. num. 170. Portell. loc. cit. & alii. Per
noctem intelligitur illud tempus, quod incipit post da-
tum signum ad salutationem angelicam usque ad illud
tempus, quo jam abscipit; Barbosa & loc. cit. n. 171.
83. Donat. loc. cit. num. 3. Navarr. loc. cit. & alii passim.
Electio potest celebrari etiam die festo. Donat. loc. cit.
quest. 10. num. 1. & alii communiter.
84. Si debito tempore ante celebrationem capituli, vel
congregat. non exhibentur attestations de adimple-
mento onerum missarum, electio est nulla: ita habetur
ex constit. Innocent. XII. incip. Nuper §. 33. ibi: "Te-
neantur omnes, & singuli superiores locales, in pro-
vincialibus capitulis, seu congregationibus exhibere at-
testationem, seu fidem ab omnibus sacerdotibus con-
ventus, monasterii, seu cujuscumque domus regularis
subscriptam, & juratam, quod omnibus, & singulis
suum perpetuis, tum manualibus missarum oneribus,
seu obligationibus ad limites, & tenorem presentium
decretorum tempore eorum regiminis fuerit omnino, &
integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica
satisfactione, possit etiam hujusmodi residuali impe-
dimento missarum distincte referendarum intra breve
tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omnino ad-
implenda conditione, quod apte prælatæ attestations
exhibitionem, quicumque superiores locales prædicti
voceam activam, in capitulis, seu congregationibus om-
85. nino habere non valeant." Et sic electio observantia
dictæ constitut. pro nullitate capituli provinciali, parti-
bus acriter informantibus, respondit Sac. Congregat.
Episcop. & Regul. Ponente Eminentiss. Corsino in Baren.
Provincia S. Nicolæ, Capituli Provincialis 18. Februa-
rii 1712. dubio: An electio Provincialis, &c. sustineatur?
Negativo, & die 3. Julii ejusdem anni, persistendo in re-
solutis, respondit cum addito, Ut causa amplius non pro-
poneretur. Et idem etiam resolvit in Provincia S. Bernar-
dini 19. Maii 1713. referente Eminentiss. Catino, cum
rescripto, suspenso capitulo, superiores procedant ad de-
clarationem incursum penarium prædictæ jure, Recurren-
tibus autem superioribus Generalibus ejusdem religionis,
atque ante oculos EE. PP. ponentibus magna incommo-
da provincie, & moraliter impossibilitatem convocandi
aliud capitulum, cum diversis vocalibus, non nisi gra-
tiam rehabilitationis quoad vocem activam tantum obti-
nere potuerunt, die 2. Junii 1712. cum rescripto: Pro gra-
tia rehabilitationis, quoad vocem activam tantum, impo-

sita penitentia salutari. Cum quibus pro punctuali execu-
tione ejusdem Innocentii constitutionis processit etiam
Sac. Congregat. Concilii in Ordin. Minor. Observ. 17.
Jun. 1713. quoad 2. dub. Sic expresse refert Ursaya t. 2.
part. 2. discept. 29. num. 4. 5. 6. & 7.
Vicarius Provincialis electus à solo Diffinitorio post
86. mortem Provincialis potest ex justa causa obtinere titu-
lum Ministri Provincialis, ut de facto enixe supplican-
tibus omnibus vocalibus Provincie Neapolitanæ Refor-
mata, & concurrente consensu nedum omnium omni-
no vocalium; sed etiam omnium Exprovincialium non
vocalium illius Provincie, & Superioris Generalis, con-
cessit Patri Petro de Neapoli Sac. Congr. Episcop. &
Regul. Ponente Eminentiss. Corsino 22. Maii 1673. Sic
in Provincia Romana anno 1673. fuit electus Vicarius
87. Provincialis P. Joseph Mediolanensis, qui paulo post
titulo, & prerogativis Ministri Provincialis decoratus
fuit prævio voto Sacræ Congreg. Episcop. & Regul.
mediante Breve san. mem. Clement. X. referente P. V. C.
Generali in ejus voto. Item in Provincia S. Thomæ an-
no 1699. ex gratia Sac. Congreg. Episcop. & Regul.
remissis arbitrio P. Matthæi à S. Stephano tunc tempo-
ris Superioris Generalis precibus P. Petri Francisci de
Solere, idem ex Vicario Provinciali declaratus fuit Mi-
nister Provincialis; sic refert Ursaya tom. 1. part. 2. dis-
cept. 22. Qui tamen in Miscellaneo Sacro, & Profano, 88.
verb. Vicarius Provincialis refert talem gratiam fuisse
denegatam ab eadem Sac. Congreg. Episcop. & Reg-
gul. Januarii 24. Septembris 1717.
Electio facta à Regularibus, & de Regularibus, nec-
89. dum in eadem Religione professus est nulla; Regulares
enim, qui tacite, vel expresse professionem non emise-
runt, sunt incapaces eligendi, textu expresso in cap. Ex
eo 32. de election. in 6. §. In ecclesiis ibi: In ecclesiis quo-
que regularibus, vel monasteriis, hi qui non sunt tacite vel
expresse professi, non debent cum professis, vel conversis
laici cum Clericis electionibus interesse. Navarr. in Lu-
cern. Regular. verb. Electores, sive Eligentes, num. 1. Sil-
vester verb. Electio 4. num. 5. Barbosa loc. cit. cap. 19.
num. 50. & communis aliorum. Et regulares, qui non
sunt expresse professi, nequeunt omnino eligi in Præla-
tos, textu expresso in cap. Nullus 28. de electionib. in 6.
ibi: "Nullus Religiosus ad abbatiam, seu prælatum
90. suæ, vel alterius religionis de cetero eligatur, nisi an-
te fuerit ordinem regularem expresse professus. Quod
si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur." Ex
quibus textibus clare patet, quod ad hoc, ut quis possit
eligere, sufficit tacita professio, tacite vel expresse pro-
fessus. Ut vero possit eligi, necessario requiritur expres-
sa, nisi fuerit ordinem regularem expresse professus, ut
recte observant Sigismund. à Bononia de elect. dub. 50.
num. 3. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4.
num. 2. Barbosa loc. cit. num. 50. & alii passim, & hoc
procedit etiam in Monialibus, textu expresso in cap.
Indemnitatibus 43. de election. in 6. Et eligendus in Præ-
latum debet esse professus in eadem religione, in qua
91. eligitur, textu expresso in Clement. 1. de elect. "Cum
stationi non congruat, ut hominis disparis professionis,
vel habitus simul in eisdem monasteriis scientur, pro-
92. hibemus, ne Religiosus aliquis in Abbatem, vel Præ-
latum alterius religionis, vel habitus de cetero eligatur:
Quod si secus actum extiterit, sit eo ipso irritum
& inane." Et per hanc decretalem correctum vi-
detur illud verbum in cit. cap. Nullus 28. de elect. nempe
vel alterius religionis de cetero eligatur, ut ibi notat
Glossa in verb. eodem, & clare de se patet propter con-
gruentem rationem in dicta Clementina adductam.
Sententiæ privationis vocis activæ & passivæ debent à
superioribus regularibus pronuntiar per mensem
ante capitulum, aliter non tenent, ex visitationis apos-
tolice decreto edito 14. Octobris 1601. à Clement. VIII.
approbato sub his verbis: "Privatio vocis activæ, &
passivæ, ac inhabilitatis decreta, sententiæque ab eis-
dem superioribus ordinis late, ne deinceps in ipso elec-
tione actu pronuntientur, promulgenturque, atque ex
promulgatæ vocalis minime efficiant, nisi per mensem
ante fuerint intimatæ, prout Sanctitas sua omnino

vetuit. Quod decretum nominatim observari præcepit jussu Pauli V. Cardinal. Verallus Ordin. Min. Protector 27. Maii 1616. ut refert Lantusa in Theatr. Regul. verb. Causa, seu lris num. 2. Hoc enim fundatur in jure communi, secundum quod omnes mutationes, & sententiæ prolata in limine capituli præsumuntur factæ ad fraudandam futuram electionem, ut advertunt Castellinus de election. cap. 13. num. 14. Pellizar in Man. Regul. tract. 9. cap. 2. sect. 2. num. 8. Pignatell. tom. 10. consulat. 18. num. 10. Non enim potest præses capituli Religiosos voce activa, & passiva privare, ipsis non citatis, nec isdem data actorum copia, ut se possint via Juris defendere, quæ a Superiore Generali haberet in mandatis, ut procederet sine strepitu, & figura Judicii, & quod posset Religiosos voce activa, & passiva privare, quia id debet intelligi, Juris ordine secreto, scilicet citato reo, & in suis exceptionibus audito, Clement. 2. §. Ceterum, de sentent. & re judicat. Rodriq. qq. Regul. part. 2. quest. 52. artic. 12. Miranda in Manual. Prælator. tom. 2. quest. 23. art. 22. conclus. 3. Castellin. de elect. cap. 13. tit. de direct. pacific. election. Lezana. tom. 1. qq. Regul. cap. 15. num. 34. Peyrin. tom. 1. de subditio quest. 1. de obedient. cap. 31. §. 10. Pignatell. tom. 10. d. consul. 18. num. 9. cum aliis adductis à Passerin de elect. cap. 2. quest. 4. num. 71. Si tamen citato capitulo, & vocalibus jam congregatis emergeret casus, propter quem vocalis aliquis sit voce activa, vel passiva privandus, tunc ipso summarie audito, an aliquam excusationem pro se adducere possit, aut velit, posset sententiam pronuntiare, vel declarari incurrisse excommunicationem, & consequenter privationem vocis activæ, si esset notorius Clerici percussor, ex cap. si quis snadente 29. caus. 17. quest. 4. vel privationem vocis activæ vel passivæ incurrisse, ex quo non detulerit ad capitulum attestacionem juratam à Sacerdotibus sui conventus super celebratione missarum ad præscriptum constitutionis Innocent. XII. incip. Nuper, sub talis privationis pena id præcipiens, ut patet ex propriis suis verbis relatis supra sub num. 84.

95 Electio canonice celebrata est confirmanda ab immediato, & proximo superiore; cap. Nihil 54. de elect. §. Ceterum. Si electus ante confirmationem se immisceat administrationi, seu exercitio prælaturæ, est ipso facto privatus jure acquisito per electionem; cap. Qualiter 17. de elect. §. cap. Avaritia 5. eod. tit. in 6. Excipiuntur tamen electiones Generalium Ordinum, qui ex variis privilegiis à Sede Apostolica ipsis concessis eo ipso quod sunt electi, sunt à Sede Apostolica confirmati, vid. constit. Sixti IV. incipient. Dum attentata. In ordine Minorum, Generalis statim ac canonice est electus, potest plenam, & liberam administrationem, & jurisdictionem exercere, ex concessione Clementis IV. constitut. incip. Virtute conspicuos. Provinciales vero ex eadem constitutione confirmantur à Generali, vel ab ejus delegato Visitatore, & Præsede; Guardiani autem eodem actu eliguntur, & confirmantur; ut cum aliis notat Hasbendis num. 99. verb. Electio num. 193. & docet praxis Abbatissæ quamvis debeant ab Episcopo, vel suo respective superiore confirmari, adhuc possunt ante confirmationem administrare juxta dispositionem textus in cap. Indemnitas 43. de elect. & declaravit Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Mozarien. 18. Mart. 1700. referente Em. Colloredo.

100 Quoad electionem Abbatissarum notanda sunt sequentia proposita, & resoluta dubia.

I. An in electionibus Abbatissarum in monasteriis sub disciplina Regularium Minorum de Observantia, possit Episcopus secum conducere Cancellarium; & quatenus affirmative?

II. An liceat eidem Cancellario interesse, & assistere scrutiniis & electionibus Abbatissarum, quæ sunt in monasteriis Ordinis Minor. de Observantia Tyburis? & quatenus negative?

III. An valium dictus Cancellarius durante scrutinio permanere possit intra ecclesiam in casu, &c.

Sac. Congreg. Concil. in Tiburtina 26. April. 1727. respondit Ad I. affirmative. Ad II. negative. Ad III. sic

Cancellarium, nec fratres, exceptis superiore, & scrutatores permanere posse intra ecclesiam.

Insuper attendenda est sequens alia ejusdem S. C. C. resolutio sub die 4. Maii 1675. in Neapolitana electionis Abbatissæ lib. 29. Decret. pag. 65. à tergo ibi: Post editam constitutionem Inscrutabili à Gregorio XV. consuevit Archiepiscopus Neapolis pro tempore, ut narrat Eminentiss. Caracciolus, interesse electionibus Abbatissarum monasteriorum Regularibus subjeclorum, adhibito ultra se ipsum, vel Vicarium, etiam Notario, qui gesta adnotaret, ac fidei de his faceret, ne res aliquin remaneret sub dispositione Superiorum Regularium, si controversia super electione, & nullitas occurrisset; utque ne Ordinarii interessentia frustratoria redderetur; Hoc non obstante superior monasterii Regine Cœli ex Canonis Regularibus, in electione nuper facta noluit admittere Notarium, & non obstante, quod Vicarius Generalis de nullitate protestaretur, ad electionem processit, allegans pro se declarationem hujus Sac. Congregationis tenoris sequentis: Urbanie 10. Septembris 1639. Sac. Sc. Censuit Episcopum in electione Abbatissæ monasterii Monialium Regularibus subjeclorum non posse exquirere, seu recipere vota monialium, sed illa exquiri, & recipi debere à Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo. His stantibus, Eminentiss. Archiepiscopus, citato P. Procuratore Generali in Curia, instat declarari, primo, an in electionibus Abbatissarum, una cum Vicario Generali interesse possit etiam Notarius Archiepiscopalis; secundo, an dicta electio facta absque interessentia Vicarii, & Notarii sit contra constitutionem prædictam, ac propterea nulla? Sacra Congregatio Concilii ad utrumque respondit negative.

Circa aliqua concernentia electionem officialium Curie Ordinis Minorum de Observantia attendenda est novissima constitutio Clementis XII. incip. Cum sicut, edita 10. Aprilis 1733. in qua decrevit, quod juxta statutum Capituli Generalis Mediolanensis Ordinis Min. de Observantia, secuta electione officialium Curie, Minister Generalis pro tempore existens sex saltem Religiosos debitus qualitibus præditos illius nationis, ex qua fuerit Officialis electus, fratribus Definitori Generalis proponere debeat, ut ex his tres ab ipso Definitorio seligantur, & quibus in eventum vacationis ejus officii, idem Minister Generalis unum ad sui libitum deputare teneatur; & si contigerit alterum ex tribus Religiosis sic à Definitorio delectis decedere, aut inhabilem fore, facultas Ministri Generalis decedente dictum officialem ad duos reliquos, quatenus vero duo mortui, aut inhabiles reliquit, ad unicum superiorem limitata sit, & esse intelligatur; Sin autem omnes tres obierint, aut inhabiles reperiantur, tunc deputetur Religiosus dignior illius nationis, de qua erit officialis electus in capitulo generali, demandato in casu absentie Religiosi ita deputati exercitio officii Secretario officialis cedentis, vel decedentis: Quodque delectus trium Religiosorum prædictorum pro Fratribus de Observantia, Reformatis, Exalceatis, & Recollecis Francie nuncupatis dicti Ordinis, ab eorum respective Definitorio Generali perficiatur.

Correctores tam Generales, quam Provinciales Ordinis Minorum S. Francisci de Paula facultatem habent decidendi de electionibus, aliisque negotiis, quæ ob paria post trinum scrutinium suffragia, ad generale, vel provinciale tribunal devolvuntur, Benedictus XIV. constitut. incip. Injuncti nobis tom. 4. Bull. num. 30.

Nulla in materia magis incerto jure vivimus, quam in hac electionis. Quæ à jure canonico enim sancita sunt circa electionem propriam, ea à Doctoribus, modo admittuntur, modo rejiciuntur in electione impropria. Infinita afferre possemus exempla, si otium esset. At libet illud afferre, de quo novissime actum est in Sacra Rota in Commen. Canonie Theologalis.

Pertinet Juxpatronatus hujus canonicatus ad capitulum. Ex octo vero Canonis, qui capitulum componunt, quinque elegerunt inhabilem sub conditione dispensationis, tres vero habilem elegerunt. Obtena intra ter-

minum juris minime fuit dispensatio. Quæstio ideo fuit orta, num electio habilis facta à tribus illis Canonis, valida sit necne?

105 Pro invaliditate hujus electionis adducebatur, quod de jure canonico electio habilis facta à minori parte minime valida est, ubi major pars inhabilem citra ullam culpam elegit, ut si ignorantur elegit. Culpam autem vacare contendeatur electio inhabilis à majori parte sub conditione dispensationis facta.

106 Contra vero valida ex eo prætendebatur, & quidem jure meritoque hæc electio habilis facta à minori parte, quod electio inhabilis à majori parte facta sub conditione dispensationis, non obtenta ipsa dispensatione, vel referenda est ad casum non factæ electionis, vel ad casum electionis inhabilis voluntarie, & culpose factæ. Aut enim eligentes inhabilem sub conditione dispensationis intendunt non eligere non obtenta dispensatione, & in hoc casu referenda est electio ad casum non factæ electionis; vel eligere intendunt non obstante quod dispensatio non obtineatur, & in hoc disparato casu referri electio debet ad casum electionis inhabilis voluntarie, & culpose factæ. At sive ad unum, sive ad alterum casum referatur, totum jus capituli consolidatur in minori parte eligente habilem, & sic electio habilis ab ipsa minori parte facta valida est adjudicanda.

107 Dispositio vero illa Juris canonici, quod eligente majori parte sine culpa inhabilem, nequeat valere electio habilis facta à minori parte, trahi nequit ad casum hunc, idque quia quibus culpa eligunt inhabilem, & quantum in ipsis est habilem eligere intendunt. Lex vero est, quæ electioni illi denegat effectum.

108 Adeo vero hic articulus implexus visus est, ut supremum Rote Auditorium semel atque iterum scissum ex æquo fuerit, nullamque ceperit resolutionem, ut die 29. Aprilis, & die 21 Julii anni 1762. ¶

109 Plura sunt, quæ hic cumulavit Auctor. De convocacione absentium ad electionem diximus in additione ad verb. Absens quoad electionem. Cetera illustrare haud patiuntur arcti limites additionum. Satis est de hisce duobus verba facere.

110 Verum est (ut de primo disseram) quod regulariter ad coactandum terminum electioni prefixum non sufficiat major pars capituli, sed requirantur duæ ex tribus partibus ejusdem capituli. At gravis quæstio est, quem id locum sibi vindicet, ubi capitulum jam sit legitime coactum ad electionem faciendam?

111 Affirmant Cardinalis Petra in Comment. ad constit. apostol. constit. 1. Divi Leonis Magni sect. 2. num. 33. Piton. direct. eccles. 100. num. 69. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 10. num. 7. Negant Ricardell. in Lyc. Eccles. cap. 4. §. 4. sect. 1. num. 1. Passerin. de election. c. 11. num. 101. Ansd. in Adnot. ad decr. 86. num. 84.

112 Sacrum Tribunal Rote opinionis affirmativæ ad hæsit coram Lancetti. decis. 182. num. 16. & plur. sequent. & Placentina Provincie Compostellane Simulaneæ 26. Junii 1743. §. 10. coram Illustrissimo de Thom. Licetque hæc revocaverit decisionem die 2. Febr. 1744. coram eodem: nihil tamen minus in decisione revocatoria articulum hunc in medio reliquit, ut patet ex §. 6. & sequent. Recentius vero negativam sententiam tenuit, ut in Leonien. Vicarie 9. Decembris 1754. §. 15. coram Illustrissim.

113 Molina, & in Colonien. Decanatus 4. Julii 1755. §. final. coram hon. mem. Borall. & 14. Maii 1756. §. 7. & sequent.

114 Ubi in electione (in alterum de quo disserere proposui), in qua plures sunt electi, suffragia excedunt eligentium numerum, nemo potest renuntiare legitime electus, quum nemo possit majorem numerum sibi tribuere. Immo sola ambiguitas apta est infirmare electionem hanc. Et quamvis electionibus possit quandoque subduci redundans suffragiorum numerus, ut in reliquis legitimum consistat electio, ne utile per inutile vitietur, id tamen procedat, vel si unus tantum sit qui periculum faciat in suffragatione ad certum assequendum suffragiorum numerum ex iis, qui electioni præsent, atque ea habeat suffragia, quæ sublati redundantis attingunt numerum ad actus firmitatem præstitutum, vel etiam si in aliorum concursu tot enumeret vota,

ut quæcumque contra ipsum deductio fiat, adhuc ceteris antecellere videatur; secus è contra. Vide hæc & alia ad hanc electionis materiam pertinentia apud Rotam in Nullius, seu Firmana Canoniceatus 3. Julii 1741. coram Illustriss. Clemente. ¶

118 Quoad electionem Abbatissarum, præter jam supra allatas Sac. Congregat. Concil. Resolutiones, advertenda est sequens alia ejusdem S. C. C. resolutio sub die 4. Maii 1675. in Neapolitana electionis Abbatissæ lib. 28. Decret. pag. 65. à tergo, ibi: Post editam constitutionem Inscrutabili à Gregorio XV. consuevit Archiepiscopus Neapolis pro tempore, ut narrat Eminentissimus Caracciolus, modernus Archiepiscopus, interesse electionibus Abbatissarum monasteriorum Regularibus subjeclorum, adhibito ultra seipsum, vel Vicarium, etiam Notario, qui gesta adnotaret, ac fidei de his faceret, ne res aliquin remaneret sub dispositione superiorum Regularium, si controversia super electione, & nullitas occurrisset, utque ne Ordinarii interessentia frustratoria redderetur. Hoc non obstante superior monasterii Regine Cœli ex Canonis Regularibus in electione nuper facta noluit admittere Notarium, & non obstante, quod Vicarius Generalis de nullitate protestaretur, ad electionem processit allegans pro se declarationem hujus Sacre Congregationis tenoris sequentis: Urbanie 10. Septembris 1639. Sac. Sc. Censuit, Episcopum in electione Abbatissæ monasterii monialium Regularibus subjeclorum non posse exquirere, seu recipere vota monialium, sed illa exquiri, & recipi debere à Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo. His stantibus, Eminentiss. Archiepiscopus, citato P. Procuratore Generali in Curia, instat declarari, primo, an in electionibus Abbatissarum, una cum Vicario Generali interesse possit etiam Notarius Archiepiscopalis; secundo, an dicta electio facta absque interessentia Vicarii, & Notarii sit contra constitutionem prædictam ac propterea nulla? Sacra Congregatio Concilii ad utrumque respondit, negative. Vide supra num. 100. ¶

Quæstio illa num. 104. excitata an eligente majori parte capituli, habilem sub conditione dispensationis, minore vero parte habilem, non obtenta dispensatione intra terminum juris, consolidetur totum jus ipsius capituli in minore illa parte, ita ut ab ea electus habendus sit pro electo, adeo implexa visa fuit, ut Supremum Auditorium Rote, ad quod delata fuit in Commen. Canoniceatus Theologalis coram Reverendiss. P. D. Oliviero Decano semel atque iterum, ex æquo scissum fuerit, nullamque ceperit resolutionem. Sed tandem aliquando die 28. Januarii 1763. in eam ivit sententiam, ut totum jus capituli consolidetur in minore parte habilem eligente, ut ex §. 16. ad finem.

Libet vero pro gravitate articuli, tum novitate ejus resolutionis ipsissima verba decisionis hic describere. Hactenus dicta luculenter commostrarunt, nullum Jus Ignatio comparari ex presentatione à quinque capitularibus in ipsum collata. Nam irrita prorps, & inanis fuit nominatio incapacis intuitu ætatis, totumque Jus capituli coaluit in aliis tribus Canonis Joannem Antonium Nicolina Sacerdotem habilem eligentibus. Impediturque propterea devolutio ad Sanctam Sedem, nec Ignatio prosunt literæ provisionis apostolicæ perinde expeditæ, ac si ageretur de canonicatu devoluto; Nam si major pars collegit in eodem actu, proque eadem vacatione eligat inhabilem, aut incapacem & minor habilem, Jus majoris consolidatur in minori, quia non dicitur, ut minor eligens habilem, nec ulla in re deficiens privetur jure eligendi pro hoc, quod major pars inhabilem presentaverit, per Text. in cap. Dudum 22. de election. & elect. potest. cap. Gratian. 2. de postulat. Prælator. Piton. de contro. Patron. alleg. 100. num. 2. Fontanell. de Jurepatron. lib. 2. quest. 10. num. 7. Hontalb. de jure super venient. tom. 1. quest. 23. num. 118. Rota coram Herr. decis. 94. num. 1. & 19.

Nec interest, nominationem majoris partis quinque nempe vocalium Ignatio suffragantium prodisse sub conditione obtinendi, quatenus opus, pontificiam dispensationem super ætate intra tempus à Jure præstitum,

re suffragii, & hoc ea vice transferens in alios, qui habilem elegerunt, quive ex consolidatione acquirunt vocem capitularem, ut de culpose eligentibus statuunt Louvrex *Diss. Canon.* 8. num. 56. Passerin. de elect. c. 31. num. 1. Fontanel. de *Jurepatron.* lib. 2. cap. 10. num. 2. Rot. coram Adrald. dec. 95. num. 19. & in Colonien. *Abbatissatus* 25. Aprilis 1759. §. 11. cor. bonor. mem. *Frangipane*.

Et quamquam alicui mirum videatur, consolidationem majoris in minori fieri ex post facto, semel ac collegialitas actus nihil initio tribuit minori parti; perpendere tamen oportet, id fieri per quamdam retroactionem, & reditum ad initium. Condito dispensationis ejus est naturæ, ut si impleatur, redeat ad initium actus, actumque convallidet ab illo tempore; sin autem deficiat etiam defectus ad idem tempus revertatur, actumque deleat tam quoad eligentes, quam quoad electum usque ab exordio, quum pars sint nihil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non extat, ut probant Roland. *cons.* 58. num. 16. & seq. lib. 3. Antonin. *var. resolut.* lib. 1. *resolut.* 56. num. 3. & alii collecti per August. Barbosa de *Asiom. Jur.* lib. 3. cap. 43. de *condition.* §. 16. Paris. de *resignat. benef.* lib. 1. *quæst.* 14. num. 10. Cleric. *de resignat. benef.* lib. 1. num. 26. Rot. coram Molin. dec. 1161. num. 17. Esto igitur in patronatibus laicalibus (cujusmodi est illud, de quo disseritur, si consideretur cessio per communitatem Burmi facta capitulo sub lege non immutandi naturam patronalem) esto inquam à jure canonico permittatur actus nominationis incapaci sub conditione purgandæ incapacitatis intra terminum, ut pluribus collectis firmavit Rota in *Milevitana beneficiorum* 10. Junii 1712. §. *Pro remotione coram clar. memor. Cardinali Aldrovando apud Fagnan. de Jurepatronat.* part. 1. *cas.* 5. *cas.* 11. num. 28. attamen à conditionis eventu pendet nullitas aut firmitas ejusdem actus, ut in extante conditione actus valeat retrocedendo, conditione defecta retrocedendo pariter corruit. Hac vi retroactionis inspecta, nemo miretur defectum pontificie dispensationis nunquam obtentæ super eadem ministerio Juris redire ad initium actus, & ad momentum, quo major pars Ignatium presentavit sub conditione dispensationem obtinendi; sequiturque propterea ex eo momento à majori parte negatum existimari consensum nominationis incapaci è medio sublata; semper enim evanescit, & à principio tollitur, ac si non facta presentatio, cui deest conditionis eventus, Rota in *Recentior. dec.* 474. n. 10. & seq. part. 5. tom. 2. & in *Romana loquor Montium, seu evulsionis* 9. Febr. 1756. §. 6. cor. *Illustris. Stadiou.*

Quamobrem vox incapaci, & inhabili eatenus profutura, quatenus intra præscriptum tempus evasisset capax, & habilis, resolvitur quidem nulla deinceps acquiritur capacitate, sed nihil detrahit nominationi minoris partis, quam immo in suspensio stare jubet, quousque non impleatur conditio capacitatis acquirendæ, Piton. de *Controv. allegat.* 1. num. 24. Gagliard. de *Jurepatronat.* cap. 16. num. 12. Conditioneque desiderata, nec intra tempus superventa, quemadmodum fas est credere majorem partem nonnullis eligere, sic legis operatione resurgit quodammodo consopitum Jus electionis minoris partis, nec amplius consideratur major, aut minor pars, quum in minori totum Jus, ac summa capituli reperitur, actusque minoris partis, qui manet in suspensio, non prohibetur, quin ex postfacto vires consequatur, uti monet Nid. in *Comment. ad regul.* 18. n. 44. de *regul. Jur.* in 6. Hontalb. de *Jur. superven.* tom. 1. *quæst.* 1. num. 37.

Et hinc etiam actui collegialiter perficiendo respondetur. Hæc enim quoad patronos jure collegii, non autem uti singulos eligentes regula traditur, ut si nulla divisio suffragiorum contingerit, sed universum, quantum est, collegium inhabilem elegerit, tota vox irriterit, & ad superiorem devolvatur. At si eligentes sese dividerint, & pars major, ut hic, secesserint ad presentandum non idoneum, pars vero minor ad idoneum declinaverit in eodem actu collegiali, quo jus electis conquiritur; plane vox, à qua cadit major pars scienter eligens inhabilem, accrescit, & additur minori parti, quæ dig-

num, & universitas etiam in unum recidere potest, consonantque Leg. sicut Municipium 7. in *fin. ff. Quod cuiusque universit. nomine*, magisque Jus omnium recidit in tres eligentes, qui collegium faciunt, cap. 1. de *election. leg.* Neratius 85. ibique Gothofred. *lit. R. ff. de verb. signific.* Idque in solo limitatur casu, si nempe non eodem contextu prodierit nominatio minoris partis, sed forte prius, & spatio dato, atque intervallo, quia tunc virtus capitularis constitui nequit in minori parte ob consolidationem majoris nondum privata à jure electionis, ut hæc perstringens non ad opportunitatem, sed pro animi sui sententia perbellè declarat Piton. de *controv. patronor. allegat.* 100. num. 2. & 3.

Contrariis forte urgentibus in electione canonica Prælatorum, & ut vocant propria ad formam c. Quia propter de *elect.* in qua quidem recepta est sanctio *Textus* ex jure civili in leg. 30. ff. de *regul. Jur.* & ex Jure Canonico in cap. *Leg. auditus* 29. de *election.* & cap. *Dudum cum gloss.* in verb. *electionis tempore*, eodem tit. utroque Jure negante tractu temporis convalescere, quæ ab initio nulla sunt; Quia in electione propria non admittuntur vota conditionalia; non enim eligentes in incerto fluctuare debent; quinimmo in electione propria constitutum est, ut majori parte eligente inhabilem sub conditione quaerendæ capacitatis, minore vero capace, & habilem absolute nuncupante, statim, & ipso jure proscribatur vox eligentium conditionaliter, non expectato conditionis eventu, quia placet vota conditionalia pro non adjectis haberi, & ex puris celebrari electionem, in illos, qui nominantur habilem, ea vice transeunte jure ceterorum, ad *Tex. in cap. 2. de elect.* in 6. Ripa *resp.* 2. per 101. de *elect.* Garz. de *benef.* part. 8. cap. 2. num. 11. & 13. Loter. de *benef.* lib. 2. *quæst.* 16. num. 7. Passerin. de *elect.* cap. 18. num. 22. Nid. de *regul. Jur. regul.* 50. sub num. 11. Piton. *discept. ecclesiast.* 106. n. 115. Rota cor. *Molin. dec.* 420. num. 7.

An longe aliter se res habet in impropria nominatione patronorum, quos inter recensetur collegiata Burmil polita Jure eligendi ex cessione communitatis; nam hic quemadmodum nuncupatio inhabilis, quæ fit à majori parte sub conditione dispensationis, non habetur tamquam infirma, & infeda (toleratur enim, & permittitur) ita etiam habilis nominatio pure facta per minorem partem pro infeda, & infirma non est quoad actum usque ab exordio, sed utraque manet in suspensio quoad effectum, vel saltem est in implicito statu validitatis quoadusque deficiat conditio dicta à majori parte inhabilem eligente, eaque defecta consistit usque ab initio electio minoris partis, ut secerentes propriam ab impropria nominatione considerant Piton. *discept. ecclesiast.* 24. d. num. 13. ad *plur. sequent.* Rota in *recentior. dec.* 210. numer. 16. & seq. part. 9. tom. 1. cor. *Cerro dec.* 26. num. 43. & sequenti. & cor. *Caprar. dec.* 558. num. 7.

Idque conficitur tum à Jure, tum ab homine. A Jure, quia eligens inhabilem sub conditione dispensationis, non videtur à principio eligere, & ideo non attrahit, & absorbit Jus minoris, sed contra ad minorem transferitur etiam Jus minoris, perinde ac si major pars abstinuerit ab electione. Ab homine, quia non accedente conditione, ut erat in facultate majoris partis ponere electionis inhabilis, & aliam intra terminum cumulare electionem, Piton. de *controv. patron. allegat.* 2. num. 4. Carol. Anton. de Luca. de *linea legal.* part. 1. *art.* 24. numer. 10. sic nova electione præmissa si major pars intra tempus quadrimensis noluit habilem eligere, videtur tacite abivisse in electionem habilis jam à minori parte nominati. Quoniam conflictus majoris partis cum minori, à qua illa se subtrahit, solum Jurat, quousque impleatur conditio, non impleta vero conditione cessat, & major pars censetur potius fitione legis cessisse Juri suo, vel nominato à minori consensum quodammodo præbuisse, Hontalb. de *Jur. superven.* tom. 1. *quæst.* 22. num. 125. & seq. Rota in *recent. dec.* 136. num. 14. cum *duobus* seq. p. 10.

In hunc sensum autem et pronius domini iverunt, *FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. III.*

quo certius est ex duabus devolutionibus, quarum altera fiat per consolidationem Juris partis in minori, altera per transitum ad superiorem, ut advertunt Card. de Luca. de *Jure patron. dicit.* 31. num. 3. & seq. 35. num. 10. Piton. de *controv. patron. alleg.* 34. num. 7. & seq. & *alleg.* 16. num. 23. Vivian. de *Jure patr. lib.* 12. cap. 1. n. 1. & seq. favorabiliorum esse primam, quam secundam, & quantopere vitandam hanc, tanopere adjuvandam illam putarunt, sectantes judicium explicatum à Rota in *Gerunden. beneficii* 1. Julii 1726. §. *Oppositio*, & 19. Aprilis 1728. §. *Quæ quidem coram clar. mem. Card. Calcegnino.*

Privatæ equidem devolutio in vacatione illa patronos Jure presentandi. Odium igitur incurrit, & tamquam poena vel modis omnibus evitanda est, ad *Tex. in cap. 5. de cons. præbend.* & in cap. 18. de *elect.* in 6. Leuren. in *for. benef.* part. 2. *sect.* 3. cap. 2. §. 7. *quæst.* 379. Rot. in *Colonien. Canonice* 16. Maii 1729. §. *Quando quidem coram clar. mem. Corio*, vel non aliter admitti solet, nisi quando perspicue constat ei locum esse, quum in qualibet dubitate pro exclusione poenæ devolutionis respondendum videatur Rota in *Involen. Copellanæ* 1. Aprilis 1743. §. *His autem cor. bon. memor. Cantillac.* & 14. Aprilis 1752. §. 2. *coram Eminentissimo Bar-*

210. = C

ELEMOSYNA.

SUMMARIUM.

- 1 *ELEMOSYNA* quid sit, & quam habeat vim apud Deum, ad num. 2.
- 2 An detur præceptum elemosynæ obligans sub gravi, & unde hæc obligatio sit metienda, ad num. 4.
- 3 Quot & quibus modis bona sint superflua, vel necessaria ex parte dantis, ad num. 8.
- 4 Et ex parte accipientis, ad num. 12.
- 5 Quid debitum sit utriusque sit iuxta diversor necessitatis gradus, ad num. 20.
- 6 Quibus elemosyna sit elargienda, & qua caritatis ordine, ad num. 22.
- 7 Elemosyna an sit danda pauperibus utrosis, & an fortibus possit denegari, ad num. 24.
- 8 Pauperes sicuti an graviter peccent, ac teneantur restituere elemosynas, ad num. 26.
- 9 Quam possint petere elemosynam, etiam si ad victum non egeant, ad num. 31.
- 10 Quid concessum, atque infantum sit Regularibus elemosynam petentibus, ad num. 43.
- 11 Quid ecclesiis, & sacerdotibus incumbat circa missarum elemosynas, ad num. 47.
- 12 An sit vetitum elemosynas petere per ecclesiam, dum peraguntur sacra, ad num. 49.
- 13 Ex quibus bonis elemosyna pauperibus sit eroganda, ad num. 53.
- 14 Uxor, filiusfamilias, servus, ancilla, religiosus, administratores hereditatum, vel republicæ quando possint vel non facere elemosynas, ad num. 60.
- 15 Eremita potens elemosynam pro sacello quomodo se gerere debeat.
- 16 An possit tuta conscientia elemosynarum distributori sibi pauperi illas appropriare.
- 17 Ad quem spectet distributio elemosynarum collegiarum occasione jubilei.
- 18 Affertur dispositio Benedicti XIV. circa missarum elemosynas.
- 19 Que sit elemosyna minor pro unaquaque missa manuali.
- 20 Quam sint collectores elemosynarum pro locis Terræ Sanctæ.
- 21 Substantur Supplementa Auctoritatis, ad num. 71.
- 22 Substantur Additiones ex aliena manu, ad num. 78.

ELEMOSYNA est opus, quo datur aliquid indigenti ex i compisatione propter Deum, Est in re communis, cum S.